

Resp. Dist. ant. Non tenetur rem Domino suo restituere cum notabili damno suo, si restitutio sit causa damni, *conc.* si non sit, *nego.* Porro in casu præsentis restitutio facienda Domino rei non est emptori causa damni, sed venditoris malitia, adversus quem retinet actionem ex empto.

Inst. 3. Nemo tenetur alterius damnum impedire cum æquali damno suo; atqui si emptor bonæ Fidei non posset restituere rem furi, teneretur impedire damnum alterius cum æquali damno suo: ergo &c.

Resp. Nego min. Non enim dicimus, emptorem non posse restituere rem emptam furi, ut impediat damnum alterius, sed ne alteri innocenti sit causa moralis damni: Nemo autem potest esse alteri innocenti causa moralis damni, etiam ad vitandum æquale damnum sibi imminens; cum non sint facienda mala, ut eveniant bona.

Inst. 4. Potest emptor rem furtivam furi restituere in casu, quo fur ipsam repeteret, & minaretur mortem, nisi eam restitueret; ergo similiter potest eam ipsi restituere, ut pretium datum recuperet.

Resp. Nego conseq. Disparitas est, quod in casu antecedentis Dominus rei non potest censer rationabiliter invitus, bene verò in casu consequentis.

Quæres 3. Quomodo sit restituendum? &c.

FINIS TOMI V.



REV. PAT.

THOMÆ EX CHARMES
PROVINCIAE LOTHAR. CAPUCINOR. DEFINITORIS,
CUSTODIS GENERAL. NECNON ANTIQUI
SS. THEOLOG. PROFESSORIS,

THEOLOGIA UNIVERSA

AD USUM

SACRÆ THEOLOGIÆ
CANDIDATORUM.

TOMUS VI.

DE

PECCATIS,

ET

DE

SACRAMENTIS.

PARS I.

EDITIO IN GERMANIA PRIMA.
CUM SUPERIORUM PERMISSU.

AUGUSTÆ VINDELICORUM.

Sumptibus MATTHÆI RIEGER, Bibliopolæ.
M DCC LX.